



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Consti=||tvtionen In Di-||oecesana Synodo
Vvla-||dislaviensi**

Karnkowski, Stanisław

Colonię, 1572

VD16 W 4100

Titvli Primæ partis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62991](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62991)

CONSTITVTI-
ONVM VVLADISLA-
VIENSIVM PARTIS PRIMAE.

TITVLVS. I.

CONSTITVTIONES SYNODA-
les Ecclesiæ & Diœcesis
Vladislaiensis.



Vod licuit hactenus maioribus nostris, vt in Synodis nuda præcepta Clero suæ Diœcesis proponerent, quæ ab illo cum ipsiusmet, tum populi rectè instituendi causa diligenter accurateque seruari vellent, idem & nobis licere arbitrâmur: nec omnium, quæ statuuntur, rationem esse reddendam. Delicata est enim illa obedientia, quæ præceptorum causas inuestigat, & quorum rationem ignorat, his veluti leuioribus violândis, culpam nullam inesse persuasum

I.

sum habet. Nec cui tamen pro imperio agere, voluntatemque pro ratione afferre videremur, neue sint, qui ita statuunt, iubere nos tantum, non etiam docere, non nihil hoc tempore ab usu pridem recepto deflectendum, & aliam, edendis Diœcesis nostrę constitutionibus, viam nobis insistendam esse duximus: nimirum, ut illis promulgandis, adderetur nonnunquam ratio, verbis, quoad eius fieri possit, breuissimis. Nam ita demum speramus fore, ut ea memorię sacerdotum tenacius hæreant, quę tradimus: & celerius non absque fructu in opus exeant. Quin etiam prospectum hac ratione volumus Parochis rudioribus, & reliquis Diœcesis nostrę Clericis: qui, cum libris non abundant, his nostris legendis non parum adiuuari poterint, & certum obeundi sui muneris, quo fungitur quisque, modum tenere. Quamobrem omnia, & quidem breuissimè, sumus complexi: quę vel ad vitam ipsorum informandam, vel ad populum instituendum, vel ad traden-

2.

3.

4.

5.

62 **CONSTITVTI. VVLADISLA.**
tradendam Catholicā doctrinā, vel
ad Ecclesiasticos ritus conseruan-
dos pertinent: nihil vt sit necesse, cle-
rū nostrum longius ea petere, maio-
remque in illis conquirendis laborē
sumere. vt autem ordo seruetur, pri-
mū omnium à Canonicis Ecclesie
nostræ Cathedralis exordium sumē-
dum esse putauimus.

TITVLVS II.

**DE CANONICIS ET EO-
rum officio.**

QVoniam primi sunt post Episco-
pum Canonici Ecclesie Cathe-
dralis, & aliarum inferiorum: prima
quoque cura ipsorum & præcipua ef-
se debet, vt suo nomini respondeāt.
Et cū disciplina Ecclesiastica reti-
tinendæ causa sint Cathedralium Ec-
clesiarū collegia instituta: etiam at-
que etiā Canonici videant, vt disci-
plinam conseruent, quam tuendam
susceperunt: sicque in omnes par-
tes oculos conuertant, nihil vt sit
inter eos quod ferri nõ debeat, quod-
que disciplina Ecclesiastica cohibe-
ri

I.
Sessi. 24.
cap. 12.

ri oporteat. Sicut autem primi sunt post Episcopum, præstantque dignitate sacerdotibus cæteris, ita exëplo doctrinaque sua præluceant alijs, eisque ad pietatē & vitam cum honestate tranfigendam, duces sint. Non vulgaris est illa Nepotiani laus, qua is celebratur hucusque ab Hieronymo, quod non maius, nō minus negligebat officiū, vt vbi cūque eū quæreret, inquit, in Ecclesia inuenires.

Videant etiam, ne peccata maneant impunita, neue iisdē de rebus alij plectantur, alij ne appellentur quidē, sed in delictis vindicādis seruetur æqualitas, cum lex non personas attendat, sed personarum facta. Meminerint eius, quod scripsit propheta: Apprehendite disciplinam, ne quando irascatur Dominus, & pereatis de via iusta. quodque Paulus monens scribent Hebræis, In disciplina perseuerate, quam, qui ferre non possunt, eos nothos, & non filios esse profitetur. Ea verò disciplinæ ratio ad vitam Canonicorum maxime pertinet.

Tenen

2.

3.

Psal. 2.

Cap. 12.

4. Tenentur autem Canonici Episcopo in rebus Ecclesiæ necessarijs adesse consilio suo: Qua in re, doctrina præcipuè versatur. Itaque, ne inania sint eorum consilia, exerceant se diligenter in legendis sacris literis, & in Canonicis legibus, & in obseruanda publica Catholice Ecclesiæ praxi. Nā ubi multa sunt prudentiaque consilia, ibi multa salus est. Nec possunt alij cōsulere melius & fidelius Episcopo suo, quàm, qui sunt eiusdem corporis membra, domestici & alumni Ecclesiæ.

5.

Berna. epi.
42. ad Hen.
ricū Seno-
nenf archi-
episcopū.

Prover. 8.
Deuter.

ad rectè consulendum necessaria prudentia, doctrina, & beneuolentia, sine quibus, manca & imperfecta sunt consilia. Nam & Moyse non alios asciiuit sibi consiliarios, quàm sapientes, gnaros, probatæ conuersationis, & nobiles. Speciosum est enim, à Presbyteris cognoscere consilia: quibus dicitur, Accipite disciplinam meam, & non pecuniam: doctrinam magis, quàm aurum eligite.

Sed & iura, priuilegia, libertates Ecclesiarum, atque adeo totius Dioc

tenent

cesis

cesis seruare tuerique Canonicoꝝ
 interest, quādoquidem custodes sunt
 immunitatum illius omniū. Quam-
 obrem excutiant diligenter Archi-
 epi Ecclesie suae, priuilegia omnia
 conscribant, indices conficiant, libel-
 los actionum & nominum siue debi-
 torum, ad quaecunque pia loca perti-
 nentiū, in promptu habeant, quibus
 cū res postulauerit, & ipsi, & Archidi-
 aconi, & alij Ecclesie ministri, vti pos-
 sint: ne fortassis eorum negligentia,
 res Ecclesie vel pereant, vel in alienā
 possessionem veniant. Volumus au-
 tem hæc fieri omnia, non aliqua pri-
 uata vsurpatæue potestate, sed pro-
 pria authoritate nostra, quam nos ad
 hunc actum impartimur Canonicoꝝ
 Ecclesie nostræ, vt ita demum celeri-
 us, maioreque cum fructu ea confici-
 ant, quæ ad rem præsentem videbun-
 tur pertinere, cum sæpè talibus in re-
 bus mora quantumuis non ita ma-
 gna, periculosa tamen esse consueue-
 rit. Curent etiam vt sit Metrica Sa-
 cerdotiorum omnium totius Dioc-
 cesis, cum redditibus & emolumentis

6.

Sessi. 22.
 ca. vlt. pœ-
 na statui-
 tur occupā-
 tibus bona
 Ecclesie.

7.

e

eorū

eorum. Quæ omnia & singula, pro eo ac debent conseruare, tueri & defendere nunquam prætermittant.

Ac si res vnquam difficilior acciderit, quàm vt eorum opera possit explicari, statim fidem, opem & auctoritatem Episcopi sui implorent, eiusque præsidio in tuendis Ecclesiæ rebus vtantur.

8. Sed & hoc operam dent, vt omnia decenter & secundum ordinem in Ecclesia fiant: vtque cùm

1. Cor. 14. in diuinis officijs, tum in alijs muneribus peragendis, honestas quæ decet res factas conseruetur. Ma-

Hierc. 48. ledictus est enim, inquit scriptura, qui facit opus Dei negligenter. Sunt

9. autem Canonici, diuini cultus inspectores, & tenentur vel emendare, quæ vident perperam fieri, si possunt, vel ad eos, quorum id potissimum interest, quàm primùm referre. Nam error, cui non resistitur, approbatur: faciliusque mala possunt in ipsis inijs corrigi, quàm cùm dissimulando sumpserint incrementa maiora.

10. Si quæ præbendæ vel dignitates habent annexa officia, curent eorum possessio-

possesso-

possessores, vt illis, quoad eius fieri possit, satisfaciant, ne legi obnoxijfiant, & ne vituperetur eorū ministerium. Itaq; exhibeant se probabiles operarios, cūm sponte sua, tū quod necessitas illis incumbat. nam vā illis, si non fuerint ea diligenter quæ debent, exequuti.

2. Cor. 6.

2. Tim. 2.

Anniversarios accuratè seduloque absoluant, ac pro fratribus defunctis deo preces fundāt, & sacrificia offerāt. Simul meminerint, se quoq; mortales esse; & eodē, quod ipsi præcesserunt, currere. Vetus est enim illud: Ab alijs expecta, alijs quod feceris: Et, Quamensura mensi fueritis, Christus inquit, eadem remetietur vobis.

II.

Chryf. ho.

3. in epi. ad

Philip. &

in cap 15.

1. ad Cor.

Ambro. de

fide resur.

Cypr. epi.

5. li. 4. & e-

pist. 6. li. 3.

Clem. li. 6

Cōst. c. 20.

Damaf. in

oratione

pro mor-

tuis.

Marc. 4.

In solemnibus processionibus & alijs supplicationibus quibuscūq;, habitu, gestu, incessu, grauitatem honestate conditam præferant, exēploq; suo, cæteris astantibus & eorum facta intuentibus, ad pietatem præeant.

In choro non sint ociosi, non stertant, non sermones misceant: sed vel orent attentè, vel psallant, psallentesque alios iuuent. Turpe

Matt. 20. est enim cùm dicitur: Quid hîc statis tota die otiosi?

13. Postremò sint, quod dici volunt, Canonici, id est, regulares: viuant ad scripturæ sacræ Canonumque præscriptum: nec ab eo sibi vel minimum deflectendum esse putent. Nam cùm sint sal terræ, prouidere debent, vt saliant in sulcos. Cùm sint lux accensa, oportet eos lucere his, qui in domo sunt: neque velint esse lucerna sub modio, sed super candelabrum, & in omniũ conspectu posita: vt qui domum intrant, lumen videant, & videntes glorificent patrem, qui est in cœlis.

Mart. 5.
Luc. 8.

14.

Sessi. 24.
Cap. 12.

Prius, quàm autem recipiantur ad Ecclesiam nostram, volumus vt fidei professionem, tam coràm nobis vel vicario nostro, quàm in Capitulo faciant, iuxta formam à S. D. Nostro Pio IIII. Pontifice Maximo olim præscriptam: quam etiam curèt suis libris Capitularibus inscribi: nec vllum deinceps in suum confessum admittant, nisi prius eandem fidei professionem fecerit, sub pœna à S.

Conci-

Concilio Tridentino decreta. Quæ autem de Canonicis Ecclesiæ Cathedralis dicta sunt (quatenus ad pietatem eorum exercendam, vel ad mores formandos, vel ad ordinem & decorem in eorum Ecclesijs conseruandum pertinent) eadem illa ad Collegiatis etiam Diœcesis nostræ pertinere volumus.

TITVLVS III.

DE VICARIIS ET ALIIS INFERIORIS ORDINIS CLERICIS.

OMnes sacerdotes, cuiuscunque gradus fuerint, attendant officio suo, & ministerium suum diligenter impleant. ^{2. Tim. 4.} Quibus verò Chori gubernandi partes mandatæ sunt, vel qui psallendi munus obtinent, aut alijs officijs in Ecclesia funguntur, sedulo prouideant, vt quæ debent, cum summa qua poterint, honestate grauitateque absoluant, vtque suis temporibus detur diuinis officijs initia. **I.** Inter canendum verò & psallendum caueant ne verba præcipitent, ne sup-

e 3 pri-

1. Cor. 14. primant, ne quid pro quo substituāt,
sed quod vult Apostolus, psallant
spiritu, psallant & mente: vt cū lin-
gua orent, mens etiam ipsorum abs-
que fructu non sit. Recordentur a-
stare se vultui Dei, cingi angelorum
cohortibus, & habere populi astan-
tis oculos in se coniectos: quare pro-
uideant, vt quæ faciunt, religiosè fa-
ciant: non veluti temporis aut priua-
ti commodi gratia, non ad oculum
seruientes, sed tanquam Domino.

Ephes. 6.

3. Quæ præstabunt tantò facilius,
quantò fuerint magis ab omni vitio-
rum sorderemoti. Quam ob rem, do-
mi suæ, sobriè, castè, pieque viuant:
ebrietatem fugiant, ocium tanquā
fomentum vitiorum omnium deui-
tent, honestis laboribus occupentur.
Celebrature enim illud dictum cuius-
dam ex Aegypti monachis, operantē
fratrem ab vno demone pulsari, oti-
osum verò ab innumeris vastari. In-
primis verò sacris literis inuigilēt, &
illud ppetuò præ oculis habeāt, quod
eius ordinis viris præcepit quidā ex pā-
tribus, Ama (inquiēs) scientiā scriptu-
rarum

Hiero. ad
Nepot.

rarum, & carnis vitia non amabis.

4.

De cætero, quæcūq; sunt vera, quæcūq; pudica, quæcūq; iusta, quæcūq; sancta, quæcūq; amabilia, quæcūq; bonæ famæ; si qua virtus, si qua laus disciplinæ, hæc cogitent, hæc agant, ^{Philp. 4.} vt Deum pacis habere possint secum manentem.

TITVLVS IIII.

De ordinandis.

QVoniam semper erunt noui operarij in vineam Domini submittendi, etiam atque etiam curandum est, vt hi sint quàm probatissimi, qui ad sacros ordines, præsertim verò ad sacerdotium, vocabuntur.

Quare, si qui erunt sacris initiandi, mandamus, vt vno mense ante ordinationem, desiderium suum explicent Parocho, sub quo vitam degunt, qui nomina ipsorum denuntiabit populo, ab eoq; testimonium petet, ac nos vel suffraganeum nostrum, per suas patentes, de re tota certiorē faciet. Nā & nostra, & Ecclesiæ Dei plurimū interest, tales vt assumantur,

I.

scilicet 23. c. 5.

2.

e 4

qui

qui bonum testimonium, si minus ab externis, saltem à domesticis habeant. Libentiùs enim populus his præfidentibus morem gerit, quos videt suo suffragio siue testimonio ad sacra mysteria esse assumptos.

3. Mandamus autem omnibus Cathedralis nostræ, Collegiatarum, Cõuentualium, & Parochialium Ecclesiarum prædicatoribus: cùm anni quatuor tempora aduenerint, quibus de more ordinatio fieri consuevit: vt ex loco superiore denunciët, si qui erunt ordines suscepturi, vt mature, hoc est quarta feria, apud Ecclesiam hanc nostram, vel in loco ordinationis, præstò sint: & se apud præfectos examinis sistant, vt per biduũ, quod est diei ordinationis interiectum, accuratiùs examinari possint.

4. Adferant autem simul, & à ludi moderatore, sub cuius disciplina sunt versati: & à Parocho suo, vel à magistratu, aut ab his omnibus, generis, ætatis, institutionis, personæ, morum, doctrinæ, vitæque testimonium: sine quo admitti quenquam ad

Vide Cypri
li. 2. epist. 5
& li. 1. epist.
sto. 4.

Lãpr. in vi
ta Alexãd
Pertinacis
Sess. 23. c. 7

IMP

ad

ad sacros ordines prohibemus.

Moneatur etiam populus, ut in
 quatuor temporibus, diligenter Deo
 supplicent, quo mittat dignos ope-
 rarios in messem suam: & his, qui or-
 dinantur, gratiam suam impartiat,
 ut munus, quod suscipiunt, dignè &
 cum fructu multorum expleant. Nā
 eorum quoque interest, ut habeant
 idoneos verbi & sacramentorum mi-
 nistros, à quibus sanam doctrinam
 hauriant, & quorum exemplo in pi-
 etate iuuari queant.

3.

Matt. 9.

6.

TITVLVS V.
 DE OFFICIO EXA-
 minatoris.

EXaminatorum officium fuerit,
 diligenter eorum, qui ordinan-
 di sunt, doctrinam explorare & vi-
 tam. Examinandi autem hæc erit
 ratio. Quærat ex ordinando, cu-
 ias, & qua ætate sit. Nam Concilium
 Tridentinum, Subdiaconū ante an-
 num vicesimum secundum: Diaco-
 num ante vicesimum tertium: Pres-
 byterū

Sessi. 23.

cap. 12.

e s byterū

byterum ante vicesimum quintum,
 ordinari vetat, quam probandi rati-
 onem, etiam ad regulares extendi vo-
 luit. Item, ad quem titulum petat or-
 dines. cauetur enim, ne quis admit-
 tatur, nisi sacerdotium sufficiens, &
 quidem quietum habeat. Nam sacer-
 doti mendicare, vel sacrificio vena-
 li vti, fas non est. Ad patrimonium
 non admittatur quisquam ordinari,
 nisi Episcopi iudicio probatus, qui ve-
 rè patrimonium obtineat: & quidē
 tale, quod illi ad vitam honestè su-
 stentandam satis sit, quodque sine li-
 centia Episcopi sui alienare non pos-
 sit, priusquam sufficiens habuerit sa-
 cerdotium, ex quo viuat. Volumus
 autem, vt absque ordinarij sui facul-
 tate, nemo audiat ab alio episcopo or-
 dines suscipere. Præcipuè verò explo-
 retur, num sanæ doctrinæ sit: num e-
 os progressus in literis fecerit, vt pos-
 sit apud alios doctoris officio fungi:
 num ordines petat hoc animo, vt Ec-
 clesiæ seruiat, & vineam Domini fi-
 deliter colat. Neque verò in ea re
 tantum examinatorum officium
 versa-

Sess. 21. c. 2

2

Vbi supra.

Et in Bulla

Pij quarti.

An. 63. edi-

ta.

3.

Sess. 23. c. 8

4.

versabitur, vt eorum dignitatem explorent, qui sunt sacris ordinibus adhibendi, sed maiori etiam diligentia in id incumbent, vt eos, qui ad Parochias instituendi sunt, accurate examinent, num reuera tales sint, quibus tantum hoc munus, (cura nimirum animarum) mandari queat. Huius autem ipsorum muneris partes, copiose sunt in Concilio Tridentino perscriptæ, indeq; peti possunt. In concursu tamen, si qui vnquam (vt quidem optandum est) acciderit, eorum potissimum rationem habeant, qui factodiligenti examine, præ ceteris videbuntur digniores.

Sessio 24.
cap. 18.

TITVLVS VI.

DE IMPEDIMENTO ORDINANDORUM.

VIdeant examinatores, ne quid hæreticum sapiant, qui ordinandi sunt: ne sint doctrinæ christianæ ignari, & bonarum literarum rudes, ne spurij, ne mēbro aliquo notabili deformes, ne caduco morbo vexati, ne apostatæ: ne minores natu, q̄ sacrū Cōcil. Tridē.

- Tridentinum et Canones exigunt: ne infames vel energumeni, ne abste-
mij, excommunicati, vel Simoniaci.
nam qui eiusmodi sunt, arcendi e-
runt ab ordinibus. Quod si quid in
1. eorum examine difficilius acciderit,
nostro vel vicarij nostri iudicio res
2. terminabitur. Cùm enim præstan-
tissimum sit sacerdotij munus, nemi-
ni dubium esse potest, quin sit etiam
cura maxima in his deligēdis & pro-
bandis adhibenda, qui sunt in hunc
ordinem publico iudicio cooptādi.
3. Nam accidit persæpè, vt populus ex
sacerdotum dignitate, sacramento-
rum etiam dignitatem metiatur:

TITVLVS VII.

DE PROVISIONIBVS SEV IN-
stitutionibus.

QVoniam non tantùm in ordi-
nibus cōferendis, quantum in
his instituendis, quibus mandatur
animarum cura: locum habet illud
i. Tim. 5. Apostoli præceptum: Manum citò
nemini imposueris. Ideo summa di-
ligentia

ligentia prouidendum est, ne alijs
 quàm probatis & idoneis, pascenda-
 rum Christi ouium munus confera-
 tur: vt, qui assumuntur in partem sol-
 litudinis, eiusmodi sint, qui se ex-
 hibebant probabiles operarios, rectè
 tractantes verbum veritatis, qui gre-
 gem suum diligant, qui animam su-
 am ponant pro ouibus suis. Quare
 probentur diligenter, num satis in-
 telligant quæ legunt: num apti sint
 ad explanandas sacras litteras, num
 Decalogi & Ecclesiæ præcepta, num
 sacramentorum numerum, & quæ
 cuiusque vis ac potestas sit, satis tene-
 ant: num ea quoque mente sint præ-
 diti, vt non quærant, quæ sua sunt,
 sed, quæ IESV CHRISTI: num
 vitam suam ita moderari velint, vt
 & profint sibi ipsis, & alijs odor sint
 vitæ in vitam. Sciant se non ad otium,
 non ad delicias, nō ad quietem, & se-
 ctanda priuata vitæ commoda: ve-
 rùm ad opus, ad laborem, ad curam,
 nonnunquam etiam ad præsentia pe-
 ricula vocari. Quam ob rem, fortes
 esse oportet, omniaque constanter,
 pro

1.

2. Tim. 2.

Ioan. 10.

2.

Phili. 2.

3.

2. Cor. 2.

Ioan. 10. pro Christi nomine, & populi salute
 perferre. Qui amant animam suam,
 perdent eam: qui verò perdiderint eā
 propter Christum & euangelium, in
 vitam æternam custodient illam. Pa-
 storum interest, salutem ouium sua-
 rum quærere, & pro illis, cū res po-
 stulauerit, animam suam non graua-
 tim ponere, summi Pastoris Christi
 exemplo, qui pro grege suo mori di-
 gnatus est. Hoc animo præditos esse
 oportet, quibus erit animarum cura
 mandanda. Bonum est autem hæc il-
 lis proponi ab initio, vt sciant, quòd
 cū noua vita, nouam etiam mili-
 tiam instituant, quodque magnum
 illis instet laborum & periculorum
 certamen. Labora, Paulus inquit, si-
 cut bonus Christi miles. Et Sapiens
 hortatur, vsq; ad mortem certa pro
 iustitia. Sic enim futurum est, vt pro
 bono certamine, accipiant repositā
 coronam, quam reddet illis Domi-
 nus in illo die iustus iudex. Quam ob
 rem, nolumus quenquam ad vllum
 sacerdotium, curatum præsertim ad-
 mitti: nisi prius fuerit per nos, vel de-
 putatos

putatos

putatos à nobis, diligenter probatus. Debebit autem is testimonium eorum scripto comprehensum, nobis vel vicario nostro, exhibere. Ceterum examinatores videant, ne quid hac in parte dent carni & sanguini: ne quid amicitiae tribuant, odio, vel gratiae, in quo eorū cōscientias, quàm maximè obstrictas esse volumus.

TITVLVS VIII.

SIMONIAE VITIO QVEM
admodum occurratur.

CVM autem teterrimum illud Simoniae vitium animos nonnullorū occupauerit: & quod fanè dolendū est, vsq; adeò radices altas egerit, vt iā plerisq; nullā peccati mortalis rationem habere videatur. Nos, vt ex animis omniū pestē hanc, & beluā multorū capitū, pro eo ac debemus, euellere possimus: mādamus, ne quis prius ad vllū sacerdotiū vel Parœciā admittatur, quàm iuramentum, in nostris vel vicarij nostri manibus, prætiterit: quo se proberat hoc tanto scelere, liberum & immunem esse.

Nefas

2. Nefas est enim, donum Dei, quod sacerdotio annexū est, pecunia possidere velle. Cogitēt qui eiusmodi sunt, qua pœna Simon ille multatus ab Apostolo Petro fuerit: cū oblato precio donum sancti spiritus concedi sibi peteret: tum quo modo Gezi Elisæi seruo posteritatiq̄ illius vniuersæ, lepra inhæserit: Et quorum suppliciū perhorrescūt, eorum etiam exemplum fugiendū sibi esse putent. Scripta sunt enim hæc Apostolo teste ad correptionem nostram. Et extant pœnæ grauissimæ aduersus tales in Bulla Pauli II. editæ, quæ incipit: Cū detestabile. Et in alia PII. quarti, de confidentijs, Anno sexagesimo quarto, XVI. KL. Nouembris promulgata. Quare ab hoc tanto scelere, quo nullum tertiū esse potest, diligenter sibi caueant: & pauperes in domo Domini esse malint, quàm opibus abundare malè quæsitis. Iuramenti autem, quod in aliarum Diœcesum Synodis obseruatum fuisse videmus, talis est forma.

Acto. 8.

4. Reg. 5.

3.

In extranagante.

4.

TITV-

TITVLVS IX.

FORMA IVRISIVRANDI OB SIMONIAE IUSPICIONEM DANDI.

EGO N. praesentatus vel electus &c. ad beneficium N. iuro per sacrosancta Dei euangelia, quae meis manibus tango, neque me beneficii obtinendi causa, vel ut ad id praesentarer aut nominarer, &c. neque quenquam alium meo nomine, aut consentiente vel sciente me, quicumque collatori, patrono, seu alij cuiquam ea de causa promississe aut dedisse, aut compensasse, aut prius datum confirmasse, vel apud quenquam deposuisse: neque mutuo dedisse, vel locasse: vel prius mutuo datum, commodatum, locatum, aut quocumque modo debitum remisisse aut relaxasse. nec de domibus, terris, praedijs, redditibus eius Ecclesiae fructibusue, decimis aut oblationibus eiusdem, praeteritis praesentibus ac futuris: donationem, remissionem, locationem fecisse, aut iniuisse. Ita me Deus adiuuet, & haec sancta Dei Euangelia.

f

TITV.

82 CONSTITVT. VVLADISLAV.
TIVTLVS X.
DE FIDEI PROFESSIONE
& eius forma.

QVibus etiam prouidendum e-
rit de sacerdotijs ciuitatum, op-
pidorum & villarum, cum simplici-
bus, tum verò multò magis adiunctā
curam animarum habentibus: hi pri-
ùs fidē Catholicā profiteantur, iuxta
formā à S. D. Nostro Pio III. foelicis
memoriæ P. M. in hæc verba perscri-
ptam: Ego N. firma fide credo & profi-
teor omnia & singula, quæ continē-
tur in symbolo fidei, quo sancta Ro-
mana Ecclesia vtitur: videlicet: Cre-
do in vnū Deum patrem omnipoten-
tem, factorem coeli & terræ, visibiliū
omniū & inuisibiliū. Et in vnum
Dominum Iesum Christū, filiū Dei
vnigenitum, & ex Patre natum ante
omnia secula: Deum de Deo, lumen
de lumine, Deum verum de Deo ve-
ro, genitum non factum, consub-
stantialem Patri, per quem omnia
facta sunt: qui propter nos homines,
& propter nostram salutem descen-
dit

VIII

1

dit

dit de coelis: & incarnatus est de spiri-
 tu sancto, ex Maria virgine, ET HO-
 MO FACTVS EST. Crucifixus
 etiã pro nobis sub Pontio Pilato, pas-
 sus & sepultus est. Et resurrexit tertia
 die secundũ scripturas: Et ascendit in
 coelũ, sedet ad dexterã Patris: Et ite-
 rum venturus est cum gloria, iudica-
 re viuos & mortuos, cuius regni non
 erit finis. Et in Spiritum Sanctum
 Dominum, & viuificantem, qui ex
 Patre filioque procedit: qui cum Pa-
 tre & filio simul adoratur & conglo-
 rificatur; qui locutus est per Prophe-
 tas. Et vnã Sanctã Catholicã
 & Apostolicã Ecclesiam. Con-
 fiteor vnum baptisma in remissio-
 nem peccatorum. Et expecto resur-
 rectionem mortuorum; & vitam
 venturi seculi. Amen. Apostolicas
 & Ecclesiasticas traditiones, reliquasq;
 eiusdẽ Ecclesiã obseruationes & cõsti-
 tutiones, firmissimè admitto & am-
 plector. Item sacrã scripturam, iuxta
 eum sensum, quem tenuit, & tenet
 sancta mater Ecclesia, cuius est iudi-
 care de vero sensu, & interpretatione

4.

5.
6.

7.

8.

- sacrarū scripturarum, admitto: nec
 eam vnquam, nisi iuxta vnanimem
 consensum Patrum, accipiam & in-
 terpretabor. Profiteor quoq; septem
 9. esse verè & propriè sacramenta nouæ
 legis, à Iesu Christo Domino nostro
 instituta, atque ad salutem humani
 generis, licèt nō omnia, singulis ne-
 cessaria, scilicet Baptismum, Confir-
 mationem, Eucharistiam, Pœniten-
 tiam, Extremam vnctionem, Ordinem
 & Matrimonium, illaque gra-
 tiam conferre. Et ex his Baptismum,
 Confirmationem & Ordinem, sine
 10. sacrilegio reiterari non posse. Rece-
 ptos quoque & approbatos Ecclesię
 Catholicę ritus, in supradictorū om-
 nium Sacramentorum solenni ad-
 ministratione recipio & admitto.
 11. Omnia & singula, quæ de peccato o-
 riginali, & de iustificatione in sacro-
 sancta Tridentina Synodo, definita
 & declarata fuerunt, amplector & re-
 12. cipio. Profiteor pariter in Missa of-
 ferri Deo verum, proprium & propi-
 tiatorium sacrificium pro viu is & de-
 13. functis. Atque in sanctissimo Eucha-
 ristia

ristiæ sacramēto, esse verè, realiter, & substantialiter, corpus & sanguinē vnà cum anima & diuinitate Domini nostri Iesu Christi: fierique conuersionem totius substantiæ panis, in corpus: & totius substantiæ vini in sanguinem: quam conuersionē Catholica Ecclesia Trāsubstantiationē appellat. Fateor etiam, sub altera tantum specie, totum atque integrum Christum, verumque Sacramentum sumi. Constanter teneo Purgatoriū esse, animasque ibi detentas, fideiū suffragijs iuuari. Similiter & sanctos vnà cum Christo regnantes, venerandos atque inuocandos esse, eosque orationes Deo pro nobis offerre, atque eorum reliquias esse venerandas. Firmissimè assero, imagines Christi ac Deiparæ semper virginis, nec non aliorum sanctorum, habendas & retinendas esse, atque eis debitum honorem ac venerationem impertiēdam. Indulgentiarum etiam potestatem à Christo in Ecclesia relictam fuisse, illarumque vsum Christiano populo maximè salutarem esse affirmo.

14.

15.

16.

17.

18.

- 19 Sanctam Catholicam & Apostolicam
 Romanam Ecclesiam, omnium Ec-
 clesiarum matrem & magistram, agno-
 sco. Romanoque Pontifici beati Pe-
 tri Apostolorum Principis successo-
 ris, ac Iesu Christi vicario, veram o-
 bedientiam spondeo ac iuro. Cete-
 ra item omnia, à sacris Canonibus
 & Oecumenicis Concilijs, ac præci-
 pue à sacrosancta Tridentina Syno-
 do tradita, definita & declarata, indu-
 bitanter recipio atque profiteor: si-
 mulque contraria omnia, atque hæ-
 reses quascunque ab Ecclesia damna-
 tas & reiectas & anathematizatas, ego
 22. pariter damno, reijcio & anathema-
 tizo. Hanc veram catholicam fidem,
 extra quam nemo saluus esse potest,
 quam in præsentis spontè profiteor, &
 veraciter teneo, eandem integram &
 inuiolatam, usque ad extremum vi-
 tæ spiritum constantissimè (Deo ad-
 iuuante) retinere & confiteri, atque à
 meis subditis vel illis, quorum cu-
 ra ad me, in munere meo spectabit,
 teneri, doceri & prædicari, quan-
 tum in me erit curaturum. ego idem
 N. spon

N. spondeo, voueo, ac iuro, sic me
DEVS adiuuet, & hæc sancta Dei E-
uangelia.

Hoc autem fidei professionis iusu-
randum, verbis, vt supra conceptis,
dandum est genu vtroque flexo, &
manu dextera ad Euangeliorum co-
dicem admota. 23.

TITVLVS XI.

DE PAROCHORVM OFFICIO,
& aliorum curam animarum
habentium.

Parochis ea cura incumbit, vta-
gnoscant pecoris sui vultum, vt
ante oues vadant, eas vocent nomi-
natim: pascant in lætis & pinguibus
pascuis; proponant puram doctrinã,
ab omni errore & hæresi auertant:
nec permittant, vt in aliquam prauã
opinionem, à Dei verbo & Ecclesiæ
Catholicæ doctrina abhorrentem,
quod absit, incidant. quod minore
negocio præstabunt, si per se ipsos mu-
nere ipsi suo functi fuerint. valet e-
nim plurimum viua pastoris vox, &
altiùs in hominum mentibus figit
radices. Pouer. 17.
Ioan. 10.
Ezech. 34.

1. In prædicando Dei verbo & sacra scriptura explicanda, libris tantum Catholicis vtantur: omnes verò indice Romano prohibitos, & alios quoscunque suspectos prorsus abijciant.
2. De quibus autem iudicium difficile fuerit vel dubium, eos vel nobis, vel vicario nostro præsentēt: nec alios apud se retineant, nisi probatos, & à viris Catholicis, Latino vel populari sermone conscriptos: alioqui excommunicationem se incurrisse nouerint. Vt autem hac in parte iuari possint, dabitur à nobis opera, vt aliqua Postilla conscribatur materna gentis nostræ lingua, quæ complectatur doctrinam Catholicam: & qua explicentur Euangelia Dominicis festisque diebus in Ecclesia recitari consuetata.
3. Absoluta cōcione, clara voce orationē dominicā, salutationē angelicā & symbolū pronūtient: vt ea populus facilius ediscat, & memorię cōmēdet. Addent præterea Decalogi præcepta, in Aduentu præsertim & Quadragesima. Generalem Confessionem

nem nunquam prætermittent, sed ea recitanda præibunt populo, qui eos veluti duces, pronūtiando subsequetur, & humiliter à Deo peccatorum veniam postulabit.

Doccantur etiam fideles, quoties occasio se dederit, quid Missa sit, quæ & quanta mysteria contineat, quis etiam ex ea fructus ad auditores attentos redundet. Accendentur enim maiore tanti sacrificij amore, ubi vim eius & usum cognouerint. Sciant quæ ob rem frequenter celebretur in Ecclesia, & quid interea dum illam fieri vident, meditari debeant. Quod quia fuit hætenus neglectum, summum huius tremendi mysterij contemptum fuisse consequutum, passim non sine dolore cernimus: adeò, ut quamlibet ei quidam præsentis interfint, tamen prophanum aliquid, non rem sacræ & maximè diuinam agi putent, atque ideò attentionem omnem in audiendo remittant, nec eius, qualem oporteret curam gerant: magis adeo mutuis sermonibus occupentur, nõ absque aliorum scandalo, & animarum su-

5.

Sessi. 22. c.
8. in doctr.

6.

7.

arum iactura. Singulis etiam festis diebus, aliquid Parochi ex Cathedico Romano, quem breui in Diocesim nostram importandū curabimus, populo proponant, de his rebus quas nosse omnium interest ad salutem, vt sciant quid amplectantur articuli fidei, quid contineat Decalogus; quid petant orationem Dominicam proferentes; quis Sacramentorum sit numerus, quę vis eorum ac potestas, quis item vsus, & quomodo fideles in illis suscipiēdis affectos esse oporteat. A prandio verò, pueros & familiam domesticam in templū conuocent, eosque in Christianæ fidei primis rudimentis instituant. Sic fiet, vt cum legem Dei cognouerint, non facile in eā peccando cōmittant. Multi enim etiam ex senioribus peccant ignorantia; suntq; eorum, quæ scire debent, prorsus rudes. Prius quàm verò populo Sacramenta impartiant, eorum vim & vsum, pro captu fidelium exponere debent, vt sciant quid suscipiant; & quem inde fructum referant. Erigantur eorum

9.
Sessi. 24.
cap. 4.

10.
Sessi. 24.
ca. 7.

rum mentes ad Deum, simul reuoluant animis bonitatem illius ineffabilem, qui hæc dona sua, ipforum salutis causa dedit hominibus, quibus si caruissent, difficulter peccatorum veniam consequi, & salutem obtinere potuissent. Quare agant gratias Deo, quòd his medijs eorum salutis prospexerit: ament ea velut præsentissima pharmaca, & eis crebrò vrantur, si vnum cum Deo esse velint, vt quidem velle, in eoq; maximè laborare debent.

II.

In administratione verò Sacramentorū, sequatur Agēdarū suarū præscriptum, nec ab illis vel latum vnguem discedant, nec vllas cæremónias prætermittant, quæ nō carent suis peculiaribus mysterijs: quarum contēptus non esset futurus absque graui peccato, modò absit necessitas.

12.

Illud autem prouideant, vt sacramenta omnia, reuerenter, summaque cum honestate administrent, mortali peccato quoàd eius fieri possit, vacui. Sint mūdi q̄ portāt vasa do-
mini, vasa gratiæ, vasa benignitatis
coele-

13.

Esa. 52.

14. cœlestis, ex quibus hauritur peccatorum venia, & confertur vita æterna. Mudent confessione præmissa conscientias suas, antequàm ad ea impartienda accedant. Nam sancta sanctè tractari debent. Cùm exorcisant vel Cathechisant infantes, cùm liniunt, cùm abluunt, cùm vngunt vel absoluunt, curent vt omnia & singula, quæ ad rem præsentem pertinent, non obiter, non præcipitanter, non veluti fugientes, sed grauitè & reuerenter faciant: vt populus eos religiosè agere videns, tangatur & ipse religione, magisque rapiatur in Sacramento-
- rum amorem.

(.:.)

CONSTITI-